voto 10.num.23. licet Marſil.in ſua pract.in.§.ſequens quæſtio.num.14.& Bald.in l.error,C.de iur.& fact. ignor. tenuerint, quod poſt concluſum in cauſa non poſſint fieri probationes.

61 Item adde, quod † confeſſio reuocari poteſt, etiam quod iurameutum interuenerit,Marſil.in l.1.in §. fin. num 40.de quæſt.Bart.in l.error, C. de iur. & fact. ignor. Grammat. uot.10. numer.33.& Bero.in cõſil.201. numer.17. uol.3.

62 & ratio eſt, quia † nemo renunciare poteſt ſuis defenſionibus in criminalibus, Bald. in auth. Iubemus circa med. C. unde ui; quod uerum eſt niſi malitioſè fecerit, Pariſ. de ſyn. fol. 342. & ſi non poſſet reuocari, an ſaltem

63 poſſet excuſari, † declarari,uel interpretari, Marſil in l.1.§.fin.numer. 91. de quæſt.

64 Item adde,† quod ſi reuocatio confeſſionis calumnioſè fieret, non admitteretur, Bald. in l. à præcedente, C. de dilat. & Angel.de Arim.ad Angel.in verb.competent inquiſiti.

65 Item † adde, quod ſimiliter confeſſio facta ſub promiſſione gratiæ reuocari poterit, niſi in ea confitẽs perſeuerauerit, Paris de Put. in tractat. de ſyndic. in verb. ſequitur quæſtio quotidiana, & Monticell.in ſua practic.crimin.regul.20. numer.9.

66 Item † adde, quod confeſſio facta ore proprio reuocari poteſt, non autem confeſſio facta per diſpoſitionem ſtatuti, diſponentis contumacem haberi pro confeſſo, Monticell. in ſua praxi crimin. in regul.20. limit 4. vbi latè quando confeſſio reuocari poſſit, & per Clarum ſupra in quæſt. 44. verſic. quæro nunc, & Cartar. de executione ſententiarum capit.3. numer.38.

67 Item † adde, quod reus confeſſionem ſuam interpretari poteſt, ita tamen quod eam non perimat, Natt. conſil. 412. num. 18. vol.2.

68 Item † adde, quod confeſſio etiam deliberata pretextu erroris reuocari poteſt, & hanc ſententiam tanquam æquiorem & magis communem, dicit amplectendam eſſe, Gabriel.commun.concluſ.in tit.de confeſſ.concl.5. in fin.& an, & quando

69 † confeſſio facta in libello, poſitionib. exceptionibus, capitulis, & precibus reuocari poſſit, vide Maſcard.de probat.in concl.368.

diendus? Reſpond. m *quod ſic, ſi velit docere confeſſionem ipſam fuiſſe erroneam, & errorem probare. Et hæc eſt communis opin. vt dicit Aret. in cap. cum delicti, in vltim. verbis de accuſat. quẽ refert Boſſ.in titul. de confeſſis, poſt numerum 60. & in titul.de defenſio reorum, numero 4. Dixi infra quæſt. 64. verſicul. Sin autem reus. Et dicit Boſſ.in titul. de confeſſis, numero 6. quod ita volunt omnes, adeo quod non ſufficeret (vt ipſe ait) velle probare per torturam. Bene poteſt reus ſe excuſare, & aliquid deducere contra propriã confeſſionem,* n *quod tamen poſſit ſimul ſtare cum ipſa confeſſione, non autem illam perimat, & prorſus eneruet,* o *& ita dicunt omnes, vt ait Boſſ. in tit. præallegato, de confeſſis, numer. 35. Reperio tamen, quod Salic. in l. fin. poſt numer.2.C.de probat.tenuit, quod indiſtinctè proſit reuocatio, & dicit Angel. de malefic.in verbo, Comparent. & produxerunt inſtrumentũ pacis numero primo, quod ita vidit practicari. Sed certè apud nos ſeruatur contrarium in confeſſione facta ſponte, vel ratificata extra tormenta:* p *nam illius nunquam admittitur reuocatio,* q *niſi probato errore.*

70 Item † adde, quod confeſſio in dubio non præſumitur errore facta, ſed allegans illam eſſe erroneam, probare tenetur Bart.in l.non fatetur, ff.de confeſſ. & Crau.de antiq.temp.in 1.par.in ver propoſitum noſtrum, num 56. Corn. conſ.250. col.fin.vol.4. & Maſcard.de probat.concluſ.636. & quomo-

71 do cognoſcatur erronea, vide Bero. in conſil. 87. vol.2. & conſ.152. nu.8. cum ſequent.volum.3.& quomodo error.confeſſionis probetur, latè habetur per Maſca.de prob. concluſ.636.

72 Item adde, quod confeſſio geminata,& ſæpius iterata prætextu erroris, reuocari poteſt, Bald.quẽ ſequitur Alexand. in l.1. C.de error. calcu. & eſt verior.opinio, vt per Bero.in conſ. 201. num. 30. vol.3.

73 Item adde, † quod cõfeſſio,quę habet etiã legitimas probationes adiunctas, eſt irreuocabilis,etiã pretextu falſitatis, vel erroris, Bero. in dict. conſil.201. num.5. volum.3. Baiard.

m *Quod ſic.*] Adde idem de patre, qui poteſt reuocare confeſſionem iuratam filij de maleficio commiſſo, contrariũ probando, ſiue patris interſit pecuniariter, ſiue ſolum ratione patriæ poteſtatis: quia pater, & filius ſunt duo quaſi in vna ſubſtantia per Bald in l.unica conſil.17. verſicul. pone, C. de conſ. vbi verum eſt etiam id putat, ſi de lite ſpurij agatur, quia communis eſt. *Giach.*

Quod ſic.] Far.vol.4.q.8 ſuæ praxi.c 9.n.315.& ſeq. *Roſ.*

n *Quod tamen ſimul poſſit ſtare.*] [illegible] feſſionem eſt ſpes ſalutis, vt hic, vt infra q.64.verſ. ſin autem reus, q.65.verſ.1.ibi,& apud acta, & de dicto contra propria confeſſionem, infra q.64.verſ primo ibi, & licet aliqui, & eſt notatum ſupra. *Drogh.*

o *Et ita dicunt omnes.*] Cart de exec.ſent.c.3.nu.38. *Roſ.*

p *In confeſſione facta ſponte.*] Sup.quæſt.21.verſ ſed quid ſi reus *Drogh.*

q *Niſi probato errore.*] Vide ad idem etiam ſup.quæſt.11. verſic.confeſſio extraiudicialis, vbi tamen notaui communẽ opinionem eſſe in contrarium. *Giach.*

N ſi probato errore.] Et quid è contra ſi primo negaſſet Vulp.reſp.93.& quod non poſſit dici periurus, idem reſponſ. 102.num.12.Far.q.46.2.vol.num.109.& hoc per teſtes,& nõ per torturam, Far.q.81.de qua ſup.cap.9.num.1. *Roſ.*

QVÆSTIO LVI.

Quid ſi reus contendat ſe id, de quo imputatur, licitè facere potuiſſe.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Si reus probet ſe licitè facere potuiſſe id, de quo imputatur, eſt abſoluendus.*
2 *Puta ſi de iure permiſſa eſt illi leuis caſtigatio.*
3 *Et quid ſi probet illud aliquo loco, & tempore, licitè fieri potuiſſe, an id ſufficiat.*

Ex Additionibus.

1 *Caſtigans immoderate, quomodo puniatur.*
2 *Pater quando præſumatur verberare animo corrigendi.*
3 *Filio non licet verberare patrem eum percutientem.*
4 *Marito an liceat percutere vxorem baculo, remiſſiuè.*
5 *Maritus quando corrigat, remiſſiuè.*
6 *Filio licet corrigere famulum patris præſente patre.*
7 *Caſtigatio immoderata an præſumatur doloſa.*
8 *Caſtigans immoderatè tenetur pro exceſſu.*
9 *Magiſter poteſt caſtigare diſcipulos modeſtè.*
10 *Et quid debeat propare ad euitandum pœnam.*
11 *Birruarius, qui in Ciuitate Spoleti ſuffocauit captum, dum eũ ducebat ad carceres, fuit p Auctore cõdemnatus ad furcas.*
12 *Corrigendi animus quomodo probetur,*
13 *Marito licet corrigere vxorem, etiam quod prius pręſtitiſſet cautionem de non offendendo eam.*
14 *Iudex ſupremus poteſt iudicare ſecundum conſcientiam, & poteſt quæ poteſt Princeps.*

AD-

ADDITIONES.
Ad Quæſt. LVI.

a 1 *Poteſt etiam poni.*] Adde † Menoch de arbitr. iudic. in caſu 364. vbi plenè de pœna excedentis caſtigationem moderatam.

2 Item adde, quod † pater præſumitur verbaſſe filiũ cauſa correctionis, dummodo atrocitas pœnæ aliud non ſuadeat. Alciat.de præſump.regul.1.

3 præſumpt.3.nec † filio licet patrem, eum verberantem, percutere, Bartol.in l. ut uim, ff.de iuſt. & iur.

4 Item adde, † an liceat marito vxorẽ baculo percutere Alciat. de pręſũp. reg.3.nume. 3. & in qui-

5 bus † caſib. poſſit corrigere vxorẽ, habetur per Franc. Marc. deciſ. 762. par.2.

6 Item adde, quod † licet filio corrigere famulum, ſiue ancillam ad præſentiam patris, uel matris, quia præſumitur factum de eius mandato, Alexand. conſil. 75. hic allegato.

7 Item † adde, quod ille, qui poteſt moderatè corrigere, & caſtigare, ſi excedat modum in caſtigando, tenetur non tanquam doloſus, ſed culpoſus, niſi ex genere inſtrumenti præſumatur dolus, vt ſi percuſſit ferro, quia ex genere inſtrumẽti pręſumitur animus, Bald. in l. ſed & ſi, §. ſi magiſter, ff. ad leg. Aquilam, & Alexandr. in conſil. 75. numero ſexto, hic allegato.

8 Adde, quod † habens poteſtatem corrigendi, ſi modum excedit pro omnibus verberibus, non tenetur, ſed ſolum pro exceſſu, Bartol. in l. ſi adulterium cum inceſtu, §. Imperatoris, ff. de adulter. & ibi Angel. & not. Doctor. in capit. ſignificaſti, el 1. in gloſſ. fin de homic. & Alexand. in d. conſil. 75. numer. 4. hic allegato. *Baiard.*

QVÆST. LVI.

1 *Poteſt* a *etiam reus, qui id, de quo imputatur, confeſſus eſt commiſiſſe, allegare, quòd illud licitè facere potuit, puta, quia fortè ille, quem occidiſſet, fuiſſet bannitus, vel fur, vel adulter, in furto, vel adulterio deprehenſus: tales enim licet occidere, vt dixi ſupra hoc eod. lib. §. Homicidium, verſ. Vltima eſt, & alijs ſequent.*

2 *Poteſt etiam poni exemplũ in ijs, quibus permiſſa eſt correctio, &* b *caſtigatio, puta, patris in filium, viri in vxorem, magiſtri in diſcipulum, & dominæ in ancillam, vt in caſu Alexand. conſ.75. lib.3. Et reperio, quod in facti contingentia fuit abſolutus per ſenatum quidam de Bonetis, qui filium ſuum interfecit illum corrigẽdo, 7. Maij 1555. Merito quidem permittitur ex iuſta cauſa verberare vxorem, leuiter tamen: Et ita tenẽt communiter omnes, vt dicit Alexand.conſil.155.numer.3.lib.5.* c *Quo verò ad magiſtrum, dic, quod illi permiſſa eſt leuis caſtigatio in diſcipulum, non autem immoderata. Ita colligitur ex tex. in l. item quæritur, §. ſi tutor, alias eſt, §. ſi Iulianus, ff. locati, & ita communiter tenetur, vt atteſtatur Anan.in rubr. de magiſtris, num.3.*

3 *Et in hoc propoſito nota,* d *quod ad euitandam condemnationem, ita quod pro delicto quis puniri non poſſit, ſufficit probare tale quid, ex quo appareat illud ex aliqua cauſa potuiſſe licitè fieri, licet punctualiter non probetur, quod factum fuerit iure licito, ſecundum doctrinam Bartol.in l. non ſolum, §. ſed vt probari, numer.1. ff. de no. oper. nunc.cum qua Doctores videntur communiter ſine additione tranſire, vt dicit Alexand. in eo. §. ſed vt probari, quem legit cum §. ſciendum, numer. 2. quem refert Grammat. conſil. 67. poſt numer.8. Illam etiam doctrinam dicit eße communiter approbatam Iaſ.in dict. §. ſciendum, poſt numer.7. Auguſt. ad Angel. de malefic. in verbo, de anno præſenti, poſt numer.5. Et ait Dec.in capit. in præſentia, numer.52 de probat. quod totus mundus illam ſequitur, quem refert Neuizan in ſylua nuptiali, folio 12. colum.2. verſicul. Vigeſimus primus principalis, Rimin.conſil.44. poſt numer.4. Bertrand.conſ.290. numer.4. lib.3. in prima parte, Tortus inter conſilia Ant. de Butr. conſil.vlt. numero 7. Anton. Gomeſ. ſuper leg. 80. Tauri, numer. 57. Berous in capitul. in præſentia, numer. 133. de probat. Nam vbicunque aliquid eſt prohibitum, et punibile certo, & limitato loco, vel certo, & limitato tempore, oportet, quod accuſator præciſè probet reum illud feciſſe in illo tempore, vel loco prohibito: alias præſumitur factum loco, & tempore licito, vt per Bartol. & alios in locis præallegatis. Et ex hoc infert Bartol. ibi quod ſi accuſator probet, quod accuſatus vulnerauit Titium de menſe Nouemb. &* e *accuſatus probet, quod de menſe Nouẽbris Titius eſſet bannitus, etiã ſi non appareret, quod Titius fuerit bannitus, antequam accuſatus illum vulnerauit.*

b *Caſtigatio.*] Adde, caſtigatio quę conceſſa ſit ſuperiori in inferiorem, & de pœna excedentis moderatam caſtigationem per Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. libro 1. centur. 4. caſ. 364. *Giach.*

c *Caſtigatio.*] De corrigente, Farinac. quæſt. 105. inſpect numer. 138. 139. 140. & 144 & 146. & q. 175. par. 1. num. 102. & 108. Farinac. q. 105. d. inſpect. numer. 134. & q. 125. par. 1 numer. 107. & 111. *Roſ.*

9 *Quo vero ad magiſtrum.*] Adde, quod ideo † magiſter Fantinus in Padua, magiſter in gramatica, fuit decapitatus, ut refert Salycet.in d. l. Item quæritur; in § item Iulianus, ff. locat. ex cuius percuſſionibus puer obijt, & quid pro-

10 bare † debeat magiſter ad euitandam pœnam, Ioan.de Anan. in cap. presbyterum, num 6.de homicid.& dicit Bald.in l. ſed & ſi, §. ſi magiſter, ff. ad leg. Aquil. quod ſi magiſter exceſſit modum tenetur non tanquam, doloſus, ſed tanquam culpabilis; niſi ex genere inſtrumenti præſumatur dolus. Et ego

11 dum † eram Gubernator Illuſtriſs. Ciuitatis Spoleti prima vice de anno 1569. ſedente Pio Quinto, Pontif. Opt. Max. per hanc doctrinam Salyceti condemnaui ad mortem vnum birruarium, qui quendam iuuenem nobilem de Graſſis ob delationem armorum à Curia captum, ut illum magis tutè ad carceres duceret, laqueo ad eius collũ poſito, ſuffocauit, & birruarius fuit propterea furcis ſuſpenſus. Et ſuper hac concluſione, quando dicatur moderata correctio, ſecundum qualitatẽ perſonarum, loci, temporis, & inſtrumentorũ, quibus fit correctio, & quomodo probetur, † quod

12 animo corrigendi, & quibus pęnis pro exceſſu puniatur, uide Marian. Socin in cap. ad audientiam nũmer. 5. cum ſeq. de homicid.

13 Item adde, quod † correctio maritalis eſt permiſſa marito, etiam quod prius præſtitiſſet propter ſæuitiam ſuam cautionẽ de non offendendo eam, Abb. in cap. quemadmodum de iureiur. & Pariſ. in conſ. 54. num. 34. uol. 4. *Baiard.*

d *Et in hoc propoſito.*]

14 Adde, † quod doctrina Bart. forſan non haberet locum in ſupremis iudicibus, vt eſt ſacrum Conſilium Neap. Senatus Mediolani, & ſimiles magiſtratus, qui poſſunt iudicare ſecundum eorum cõſcientiam, quia habent liberum arbitriũ, & poſſunt, quæ poteſt Princeps, ſecundũ Guid. Pap. deciſ. 29. & Roland. conſil. 70. numer. 22 uol. 1. eo maxime ſi actor, ſiue offenſus eſſet uir probus, & reus malæ conditionis, & famæ, ut in ſimili habetur per Menoc. de arbitr. iud. caſu 98. numer. 10. quando plus credatur probationibus rei, uel actoris. *Baiard.*

e *Quod de menſe Nouembris.*] Adde, quod hic eſt caſus contra l. non hoc, C. unde legit. uidelicet, non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, uide ſupra q. 12. uerſ. ſed quid ſi accuſator: & hic adde, quæ dixi in propoſito in Conſilio per me producto Excelſo Conſilio Placẽtię in cauſa Baptiſtæ Capelli

pelli iam in contumaciam capitaliter condemnati, quem defendi ab imputatione dilationis Piſtollæ, in qua dilatione diſcordabant teſtes in tempore, & de vno tempore ſtabat querela de alio teſtes, & de alio interrogabat iudex; cni adde in propoſito temporis Felin. in capit. ex parte, el 1. coll. mihi 14. uerſicul. reſtringe, 2. de reſcrip. hic in materia, quod licitè quid fieri potuiſſet, uel non, & ad remouendam culpã adde Crauet. conſil. 131. ſub numer. 19. dixi ſupra ad quæſtion. 55. uerſicul. fortè poſſet, rectè per Alexand. conſil. 115. uolum. quart. numer. 15. *Drogh.*

nihilominus accuſatus eſt abſoluendus. Et hanc deciſio. Bartol. dicit eſſe communem Auguſt. ad Angel. de malefic. in verbo, De anno præſenti, poſt numer. 6. Pariſius in d. capitul. in præſentia, numero 31. & ſequent. Boſſius in titulo, de conuictis, numero 60.

QVÆSTIO LVII.

Quid ſi reus oſtendat ſe pro eodem crimine alias fuiſſe abſolutum, vel punitum.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Vbi reus aliàs de eodem crimine abſolutus fuerit, aut condemnatus, non poteſt contra eum amplius procedi.*
2 *Et quid ſi fuit abſolutus, non quia crimen non commiſerit, ſed quia non fuerit probatum.*
3 *Et in dubio quia ex cauſa præſumatur abſolutus.*
4 *Et an ille, qui propriam accuſationem ignorauit, poſſit, non obſtante abſolutione ſuperinde ſequuta, iterum accuſare.*
5 *Et quid ſi primus accuſator præuaricatus fuit.*
6 *Et quid ſi fuit abſolutus virtute tranſactionis initæ cum accuſatore, remiſſiuè.*
7 *Et quid ſi proceſſum fuit per inquiſitionem.*
8 *Et quid de iure canonico.*
9 *Et quid ſi ſit ſequuta abſolutio per viam diſpẽſationis.*
10 *Et quid ſi quis fuerit abſolutus in foro pœnitentiali.*
11 *Et quid ſi ſit abſolutus in foro eccleſiaſtico de crimine, pro quo poſſit etiam procedere iudex laicus.*
12 *Punitus de aliquo crimine an poſſit iterum accuſari.*
13 *Et quid ſi iudices ſint ſub diuerſis præſidibus.*
14 *Et quid ſi quis fuerit punitus à iudice eccleſiaſtico, & crimen ſit communis fori.*
15 *Et quid ſi crimen ſit valdè atrox.*

Ex Additionibus

1 *Abſolutus, an, & quando pro eadem cauſa poſſit moleſtari.*
2 *Abſolutio delinquentis an proſit mandanti.*
3 *Acta facta inter accuſatorem, & accuſatũ non egrediuntur illorum perſonas.*
4 *Sententia criminalis non tranſit in rem iudicatã quo ad procuratorem fiſcalem.*
5 *Iul. Clar. à Bertaz. impugnatur.*
6 *Crimen ſemel in iudicium deductum quando poſſit iterum deduci.*
7 *Relaxatus ſimpliciter à carceribus cauſa cognita, ſine alia ſententia, an poſſit iterum moleſtari.*
8 *Ignorantia, vel ſcientia accuſare volentis quomodo probetur, remiſſiuè.*
9 *Et an per iuramentum, remiſſiuè.*
10 *Præuaricatio quomodo probetur, remiſſiuè.*
11 *Abſolutus in iudicio inquiſitionis, an, & qnando poſſit moleſtari per viam accuſationis.*
12 *Relaxatus ſub cautione de repreſentando quando poſſit inquietari.*
13 *Et quid in abſoluto per præſumptionem.*
14 *Et quid in abſoluto per baptiſmum.*
15 *Confeſſus delictum, ſi de facto fuerit abſolutus, an vigore illius confeſſionis poſſit iterum moleſtari.*
16 *Abſolutio facta per officialem ex abrupto, non facta inquiſitione ſolemniter, nec dato termino, ſed ſolũ examinatis teſtibus pro informatione curiæ, non velet.*
17 *Abſolutio facta per officialem in fine officij, non ritè procedendo, non præiudicat parti, aut Reip. nec ſucceſſori.*
18 *Clericus adulter poteſt per Epiſcopum puniri, non obſtante compoſitione pecuniaria facta per eius Vicarium.*
19 *Gratiatus in loco delicti an poſſit moleſtari in loco domicilij.*
*19 *Abſolutus à loco delicti nõ dicitur abſolutus à loco originis.*
20 *Condemnatus debitè poterit adhuc torqueri quo ad complices.*
21 *Condemnatus pro vulnere quando poſſit condemnari de morte.*
22 *Abſolutus, vel condemnatus quando poſſit ratione additæ qualitatis iterum moleſtari.*
Et quid ſi pœnam ſoluit.
Tranſactio ſuper criminibus publicis in committendo conſiſtentibus eſt prohibita.
23 *Fiſcus poteſt appellare à minoritate pœnæ.*
24 *Condemnatus in duobus locis pro eodem delicto in contumaciam, ad vtramque condemnationem tenetur.*
25 *Colluſio quomodo probetur.*
26 *Condemnatus in vno loco an poſſit moleſtari in alio.*
27 *Farinac. impugnatur.*

ADDITIONES, Ad Quæſt. LVII.

a *Alia eſt etiam defenſio.*] Exceptio, quod alias fuit de eodem crimine in iudicio inquiſitus, vel condemnatus aut abſolutus, Farin. tit. de inquiſit. quæſt. 4. vol. 1. *Roſ.*

1 *Alia eſt defenſio.*] Adde † videndum Roma. in conſil. 213. præſuppoſito pro vero Felin. in d. cap. de his, de accuſatione, vbi ponit treſdecim limitationes, & Maran in Specul in 6 & vlt. parte, in rubr. de inquiſ. in 4. quæſt. princ. num. 44. vbi dicit, hanc regulam procedere, quando eſſet ab obſeruatione iudicij, quia tunc poſſet iterum inquiri, & accuſari: ſed vide omnino dominum Farinca. in quæſtio. 4. per totam, vbi more ſuo multum latè hanc quæſtionẽ tractauit, & plene etiam habetur per Decian. in ſuo tract. crimin. tomo 1. lib. 3. cap. 30.

2 Item adde abſolutio † delinquentis non prodeſt mandanti, vel ratum habenti, ſi abſoluatur, quia non fuit culpabilis;
3 ſecus propter delictum non commiſſum: nam licet † res inter alios acta non proſit alteri, illud procedit, quando iura diuerſarum perſonarum ſunt diuiſa, & ſeparata; ſecus quando per omnia eſt eadem cauſa defenſionis, & ex eodem facto ambo ſumunt originem, ita Franc. in cap. rathiabitionem. numer. 6. de reg. iur. in 6. & ibi dicit, quòd formata inquiſitione contra duos, vt contra Titium, quia occidit, & contra Seium, quia mandauit, & contra vtrumq; eſt probatum; ſed Titius probauit, quod fecit ad ſui defenſionem, & Seius nihil probauit, probatio Titij non prodeſt Seio, vt abſoluatur,

QVÆST. LVII.

Alia [a] eſt etiam defenſio, quã reus in iudicio criminali proponere poteſt, quod ſcilicet aliàs de eodem crimine abſolutus fuerit,

aut [b] etiã condemnatus: nam eo caſu non poteſt vlterius contra eum procedi, & ita tenent communiter Doctores, vt dicit Pract. Conradi, fol. 227. num. 11. Pro intelligentia autem huius materiæ facienda eſt in primis concluſio, quod de his criminibus, de quibus ſemel quis fuit abſolutus, non poteſt accuſatio replicari, tex. eſt in c. de ijs, de accuſat. & in l. ſi cui, §. ijſdem, ff. de accuſat. & ita dicunt communiter omnes Doctores, vt atteſtatur Ang. de malefic. in verbo, Et ad querelam, nu. 90. Nam de eiuſdem hominis delicto ſæpius quærendum non eſt, & ita in facti contingentia conſuluit Mantua conſil. 251. lib. 1. & Io. de Amicis [c] conſil. 37. in 1. regula.

2 *Et [d] hæc quidem concluſio de plano procedit, quando quis eſt abſolutus, eo quia nõ commiſit crimen: nam eo caſu proculdubio illi competit huiuſmodi exceptio rei iudicatæ. Et dicit Foller. in pract. crimin. canon. fol. 302. num. 3. quod hæc eſt vera concluſio ab omnibus approbata tam ſecundum Legiſtas, quã ſecundum Cano. Et hoc non ſolum ſi primum iudicium fuerit criminaliter intentatum, ſed etiam ſi fuerit intentatum ciuiliter: adhuc enim ſi reus fuerit abſolutus, eo quia [e] crimen commiſſum non fuerit, non poteſt amplius criminaliter accuſari. Ita dicit Cyn. in l. vnica, in 3. quæſt. C. quando ciuil. actio. crim. præiud. quem ſequuntur communiter Doctor. vt dicit Socin. in l. qui agnatis, poſt numerũ 3. ff. de except. & eſt communis opin. vt ait Boſſ. in tit. de ſentent. num. 77. Sed ſi eſſet abſolutus eo quia probatum non fuiſſet, tunc vtique poſſit iterum accuſari.*

3 *Sed [f] hic quæro, an in dubio cenſeatur quis abſolutus, eo quia crimen non commiſerit, an autem, quia probatum non fuerit. Reſp. quod in dubio ſententia abſolutoria in cauſa criminali cenſetur lata ex eo, quod non fuerit probatum: & ita communiter tenetur, vt dicit Auguſt. ad Ang. de malef. in verbo, Et ad querelam, poſt num. 88. verſic. An autem, vbi etiam Hieronym. in Apoſtil. atteſtatur hanc eſſe communem opinio. Villalpan. ſuper l. 22. cap. 50. num. 5. in fin. Scias tamen, quod in hoc Ducatu, hæc opin. non ſeruatur: nam vt dixit infra q. 62. verſ forma autem, ſtylus eſt, quod quando quis abſoluitur, eo quia crimen nõ commiſit, fertur ſententia abſolutoria ſimpliciter, & diffinitiue, vbi vero abſoluitur, quia non probatum, ſemper apponitur clauſula, Stantibus rebus, prout ſtant: & hoc ſecundo caſu quandocunque ſuperueniant noua indicia, ſemper proceditur: ſed quando eſt ſimplex abſolutoria, non poteſt amplius procedi, vt ibi dixi.*

4 *Sed pone, quod aliquis primam accuſationem ignorauerit, nunquid ipſe non obſtante abſolutione poterit accuſare? Reſp. quod ſic, ſi ſuam, vel ſuorum iniuriam perſequatur, text. in d. §. ijſdem, & ita tenet gloſ. vnica, in d. c de ijs, quam dicit eſſe communiter receptam, Didac. libro 2. reſolut. c. 10. poſt nu. 1. verſic. Tertio admittenda. [g] Probabiturque hoc caſu ignorantia per proprium iuramentum ipſius accuſare volentis, vt dicit gloſſ. in §. ijſdem, in verbo, Deceatque, quam Doctores ſequuntur, vt ait Didac. in loco præallegato, niſi aliter in contrarium de ſcientia appareret. Et ita hodie ſeruari atteſtatur Anton. Gomeſ. libr. 1. delict. cap. 1. nume. 26. in fine. Debet etiam hoc caſu eſſe, & probabilis & veriſimilis ignorantia, & etiam oportet, quod ſubſit aliqua magna cauſa ad hoc, vt amplius procedi poſſit, vt apertè dicit text. in d. §. ijſdem, ibi magna ex cauſa. Et ideò cum ſemel hic caſus de facto contigiſſet, ego dicebam non eſſe audiendos huiuſmodi de nouo accuſare volentes, niſi in criminibus magnis, & atrocioribus, & niſi præſtita fideiuſſione de omnibus impenſis, & damnis in caſu, quo delictum non probarent, quia non videbatur poſſe dici ſubeſſe magna cauſa, vbi non eſſet grauis eciam qualitas ipſius criminis.*

tur, quia bona fides facientis, non excuſat malitiam mandantis; ſi verò Titius probauit, ſe fuiſſe abſentem à loco maleficij, tunc ſi iudex illos teſtes examinauerit pro veritate vtriuſque inquiſitionis cõmuniter cõtra vtrumque formatæ, quod potuit, & tunc per illas probationes per quas abſoluitur Titius abſoluetur Seius: ſed ſi iudex recipit illas probationes ad ſpecialem defenſionem Titij, tũc Titius abſoluetur: & talis probatio non proderit Seio, requiruntur tamen tunc clariores probationes cõtra Seium de ſuo mandato propter præſumptionem ſurgentem ex abſolutione Titij, ſed ſi ageretur per viã accuſationis, tunc prædicta diſtinctio locum non haberet, cum acta facta inter accuſatoré, & accuſatum (quantumcunque generalia) non egrediantur ipſorum perſonam, ita Bartol. in l. denunciaſſe, §. quæritur, ff. de adult. & in l. adulter. §. eo tempore, ff. eodem. *Baiard.*

b *Aut etiam condemnatus.*) Adde ſupra quæſt. 16. verſ. An autem. Valet tamen ſtatutum, quod reuideantur proceſſus, & acta, non obſtantibus abſolutorijs, Marſil. rubri. de fideiuſs. num. 93. & num. 212. & petitur reuiſio modo, quo infra q. 78. verſic. Quæro in fine, infra quæſtio. 62. verſiculo forma autem. *Drogh.*

c *In prima regula.*) Rota Luc. in nouiſſ. deciſione 20. *Roſſ.*

d *Et hæc quidem.*) Ad-
4 de, quod ſententia † criminalis non tranſit in rem iudicatam, quo ad procuratorem fiſcalem, ita refert iudicatũ Rebuff. in prooemio conſtit. in gl. 8. n. 118. lib. 1.

5 Item adde, † quod D. Clarus circa iſtam diſtinctioné, ſi reus fuerit abſolutus, quia conſtitit ipsũ non deliquiſſe, quod non poterit amplius moleſtari, ſecus autem ſi fuiſſet abſolutus, eo quia probatum non fuiſſet delictum contra eum, reprobatur per Bertazzolum in conſilio 396. numero quarto cum ſeq. vbi tenuit, quod nõ poterit moleſtari, etiã quod fuiſſet abſolutus ob non probatum delictũ, & ibi multos accumulauit idem tenentes, dicens, quod Butr. in d. cap. de his: hos duos caſus parificat, ſi nõ fuit probatum, vel conſtitit de innocentia, niſi adſit clauſula, rebus ſic ſtantibus, vel alia ſimilis, & ita etiam obſeruat Senatus Mediol. vt in verſ. ſeq. Do. Clarus atteſtatur, & quomodo probetur innocentia, fuit latè Maſcar. de probatio. concluſ. 904. vol. 2. *Baiard.*

e *Crimen commiſſum non fuerit.*] Adde hic tamen, quod moderni iudices nunquam, vel ſaltem raro, ſic diffinitiuè abſoluunt, ſed rebus ſtantibus, infra quæſt. 62. verſic. formam autem: & hoc, vt iterum poſſint moleſtare relaxatos, vt dixit Alciatus, relatus per me in dict. verſiculo forma autem, Vide eundem Boſſium in titul. de carcer. fideiuſs. dom. mitt. numero 19. & in practica vide Boerium deciſione 163. nume. 15. cum ſeq. *Drogh.*

f *Sed hic quæro.*) Adde Couar. variar. reſolut. libro ſecundo, capit. decimo, vbi latiſſimè tractat hanc quæſtionem, quãdo
6 † crimen ſemel in iudiciũ deductum poſſit iterum in iudicio tractari, & de hoc caſu vide etiam Boſſ. de ſentent. numero ſexageſimoquarto. Et ibi numero ſexageſimo, an ſim-
7 pliciter † relaxatus à carceribus cauſa cognita ſine ſententia, ex eadé cauſa iterum moleſtari poſſit, tractauit Paul. Ghirland. in tractat. de relaxã. carcerat. in rubr. de abſolutione innocentis, verſi. ſecundo quæro ſolutionem. *Baiard.*

g *Probabiturque.*) Ad-
8 de, † quomodo probetur ignorantia, & è contra; qualiter accuſatus probabit ſententiam illius